3899 rep. Capuae in via S. Erasmi in hortis Vettae, est apud eum.

L · VICCIO
C · F · ARN · F
·TR · MILIT

Iannellius vidit.

3900 Capuae apud Vettam IANNELLI. Iam in museo Campano.

E V Ocatus
7 · COH · Xpraet
DONIS · DONatus
sic AVREIS · ÁNVLVM
TESTAMENTO · fieri iussit
L · D d. d

Descripsi. Iannelli *Comm. di Caserta* 1 Dec. 1875.

4 ANVLVM potius quam ANVLVS. Ceterum inter dona militaria praeterea nusquam mentio fit anuli; nam *usus anulorum* tituli Brixiani vol. V n. 4392 quaeque de anulis donatis Cicero Verr. 3, 80, 185 dicit, ad milites non spectant.

3901 Capuae in quodam minuto et rupto lapide.

expediT · SARM · AB · IMp . . . donat
ponTIF · ROMAE · SAcror. publ
PONTIF · TEAnit
fIL · HERED · P

Augustinus cod. 3528 f. 54′ et apud Peutingerum cod. 527 f. 8 a Barbaro.

2 significatur opinor pontifex minor.

3902 Capuae rep., est in museo Campano.

V S C V L V R . . .
cOH Ī VIG
ↄ I

Descripsi.

3903 [= 3629] litteris bonis. Fragmenta I. II. IV. V a. 1846 repperi in museo Neapolitano delata eo, ut mihi rettulerunt musei officiales, ex amphitheatro Campano. Fr. III repperi a. 1873 ad S. Mariae in hortis Teti; quem cum certiorem fecissem complura eiusdem tituli fragmenta in museo esse Neapoli, hoc suum eidem dedit. Fr. VI in agro Capuano in villa S. Petri in quadam columnula vidit AVGVST.

I — II — III — IV

quod duouiri VERBA · FEcerunt
C O I priuatim eT · PVBLICE · OMnibus honoribus ornare uirum optiM V M · D E Cere QVID DE EA Re
FIERi placeret, de ea re haec auctORITAS · FACTA · Est
cVM · L · ANtistius campanus emeritis omnibuS · MILITIAE · STIPEndis consecutus per grauissiMA · ET · PERICVLO si SSIMA · BELLA
IÚDICIA DEI Caesaris et diui augusti DEDVCTVSQVE · Ab hoc in coloniam NOSTRAM · ADEO pRIVATIM · PVBLI
CÉQVE · MVNIFIcentiam exercuerRIT · VT · ET · PATRIMOnium suum quodammodo partirÉTVR · CVM · RÉ · Pub LICÁ · VARIIS · ET
PLÚRIMIS · INpendis in se receptis et LAETIOR · SEMPEr erogasse uideretur quod in uniueRSOS · INPENDISset QVAM · QVOD
SIBI · AC · SVIS · Inseruiret et in cumulatioNE · OFFICIÓRVM · Rei p. praestitorum coNSENÉSCERET · VT nuNC · QVOQVE · IN
MAXIMIs nostris negotiis uersaretur ipsE · IAM · DÉFICIÉNS · Rei p. utili cura graui tamEN · ANNIS · SVIS · plACÉRE · CÓNSCRI
PTIS ciuis honestissimi ATQVE · VTILISSIMI memoriam AE · HISCE · HONORib VS · DECORARI
VT · É FORo ad rogum funere per duouIROS · ALTERVM · AMbosue locato proBATOQVE · FERATur VADIMONIAQVE
EIVS · DIEI · DIFferantur ne per quas rÉS · POSSIT · ESSE · INPEDitus populus quominus funVS · OPTIMI · ET · MÚni FICENTISSIMI
sic PRINCIS · Viri quam maxime FREQVENTET · VT · Statua iN · AVRATA · EI · EX Pub LICO · PONATVR
CVM · INScripto hoc decurionVM · DECRÉTO · VBI · Locum l. antistius caMPANVS · FILIVS oPTVMVS · ET
MINISTerii eius atque munificenTIAE · SVCCESSOR elegerit ceteRISQVE · STATVIS clVPEIS · DÓNISQVE
QVAE · ACceperit · IN MORTEM ET quae post obitum ei dÁTA · SINT · LOCVm PVBLICÉ · DARI
QVEM · L. antistius campanus elegerit SECVNDVM uiaM · APPIAM

V

RILRLRAIDIC
QVE · FERATVR ·
exeQVIIS inteRESSE
l. anTISTio caMPANO
HONoraTISSIM
decRETC M O R
EI VR · IN
C S T
QV M · IN · I
coNSCriptis LOCA · IN
·F·RV O · L · ANtistio campano
M · TAN ·BENIF
NT · C RPORI
DECurion VM · G
coNSCriptiS · HOC ·
RI I ·OMNI
MOR IONMÓI
-IO

VI

ABIN
FFAE
DIREI
O · F
OM
IEV
OVR
TABL
SC · A
LVTI
IP · FA
ER · IL
DOS
EATR
IFAN
AEC
ETE

Descripsi fr. I—V. Tria I. II. IV ante quam ipse Neapolim adirem ab amico Nitzsch accepta edidi in Richteri et Schneideri *krit. Jahrb. für deutsche Rechtswissenschaft* ann. 8 (1844) vol. 15 p. 474. Cum his fragmentis ego composui in editione priore quintum. Eadem edidit Fiorelli cat. n. 1411, adiuncto ad quintum frustulo quo continentur partes priores vv. 16. 17. 18. Nunc demum accedunt fragmenta III et VI, si quidem hoc recte ad hunc titulum refertur. Hoc servavit Augustinus cod. 3528 f. 56 adnotans ex columnula nullum verbum elici posse 'sic sunt litterae detritae vel potius temporis longinquitate abolitae'.

Iuvenilia mea quae in ephemeride illa proposui conferat ibi et per me rideat qui volet; alia autem restitutionis temptamina eaque ni fallor paullo solidiora supra proposui. Fragmenta I. III. IV quomodo iungenda sint, apertum est; secundi primum versum iungi non posse cum primi primo inde efficitur, quod litterae VERBA · FE II, 1 grandiores sunt, COI autem I, 2 reliquas decreti litteras aequant; quam ob rem eum quem supra obtinet locum fragmento secundo adsignavi. Quinti frustula Fiorellius vidit ita iungenda esse, ut supra dedi; nam quamquam ipsa commissura partium duarum periit, sulcus a 3 versu incipiens et aequabiliter per totam tabulam continuatus eam iunctionem commendat. Sed ut coniungerem hoc fragmentum cum quattuor primis tantum abest ut mihi successerit, ut fere constet mihi hoc senatus consulti fragmentum esse ad idem monumentum pertinentis, sed diversi, fortasse eius, per quod locus a filio electus comprobaretur. Sextum fragmentum adieci coniectura parum certa et ut recte divinarim, locum suum adsignare ei non potui. — I, 13 PRINCIS errore quadratarius videtur posuisse pro PRINCIPIS sed id ipsum impeditum est; neque enim recte opinor copula omittitur. — V, 2—7 et VI, 9—14 fortasse iungendi: . . . QVE · FERATVR *ex* S · C · A . . . — *exe*QVIIS *inte*RESSE *ue*LVTI . . . — . . *l. an*TIST*io* *ca*MPANO *fi*L · P · FA*nnio* — . . . HON*ora*TISSIM*o* *p*ER IL*los* — *dec*RETO *me*MOR*an*DOS — EI *ponat*VR · IN *th*EATR*o*.